



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 633. Usque Ad Annum 726

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117840

§. 51. Alii Canones ad Clericos spectantes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66082](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66082)

Sæculum VII tiam servent, sive prius uxorem habue-
A. C. 692. A. C. 692. rint, sive cælibes fuerint. Presbyteri,
—————
 Diaconi, & Subdiaconi uxorem haben-
 tes, apud ipsas remaneant, & cohabi-
 tent, illis diebus exceptis, quibus Sacra
 Mysteria tractare debent.

§. LI.

Alii Canones ad Clericos spectantes.

Porro renovantur Leges, quibus prohi-
 bentur Clerici in domo sua habere
 mulieres a suspicione non alienas, quod
c. 5. Præceptum etiam ad Evnuchos & La-
c. 9. cos extenditur. Clerici caupones non
c. 24. sint, cum ipsis cauponas ne quidem in-
 trare liceat. Clerici, aut Monachi spe-
 ctaculis, sive equorum curricula sint, si-
 ve scenica, non intersint. Clerici ad
c. 27. nuptias invitati, quando ludicra inci-
 piunt, surgant, & discedant. Clerici
c. 21. nec in Civitate nec in itinere aliam ve-
 stem gerant, quam talem, quæ Status
 eorum sublimitatem deceat. Clerici ob
 crimen depositi, & ad conditionem Lai-
 corum detrusi, si hanc poenam sponte
 subierunt, Clericorum habitu tondean-
 tur, si inviti, comam sicut Laici nu-
 triant. Igitur jam illa ætate Clerici a
 Laicis habitu discernebantur, & longis
 capillis, (*) ut hodie mos est, non ince-
 debant.

Quod

(*) In Germania Presbyteri non ita capillos
 nutriunt,

Quod spectat ad Jurisdictionem Episcoporum, confirmatur Canon, in quo eis A. C. 692.
Potestas in Ecclesias rurales, si in possessione triginta annorum sint, tribuitur, c. 25.
item Canon Calcedonensis, qui Sedi Constantinopolitanæ eadem Privilegia ac Sedis Romanæ tribuit, ita ut teneat locum secundum, Alexandria tertium, Antiochia quartum, & quintum Jerosolyma. c. 36.
Barbarorum, præsertim Musulmannorum Can. Trull. incursus & latrocinia obstabant, ne Episcopi post ordinationem Ecclesiarum suarum possessionem adire, & Munere suo fungi, possent. Hinc talibus Concilium Dignitatem, & Potestatem tam Clericos ordinandi, quam in Ecclesia præsidendi conservat. Hic videmus originem Episcoporum in Partibus Infidelium. Non nullos quoque Clericos Barbarorum incursus ab Ecclesiis suis discedere coegerant. Hos Concilium, quamprimum cessaverit periculum, reverti jubet. Eadem Barbarorum incursionses tanquam causa adducuntur, quod Concilia non saepius quam semel in anno celebrari possint.

37.

c. 18.

c. 8.

§. LII.

nutriunt, ut longi dici possint, nisi in comparatione cum Monachis.

Hist. Eccles. Tom. IX.

L1